

Ann. IV.

Num. II.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARNAVIAE POLOXORUM
Krakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK
52, Barclay Street.

CYCLIVATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.
Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

RERUM INDEX

DE GALLORUM REIPUBLICAE DISCRIMINE	P. Rossani.
ANNUS MCM	P. R.
DE S. ISIDORI PELUSIOTAE EPISTULIS	N. Capo.
SUFFRAGIA APUD MAIORES AD GERENDAM REM PUBLICAM	Senior.
MONTIUM PISTORIENSIS LAUDES	Maurus Ricci.
DE PISTORIO URBE CLARISSIMA	A. Bartoli.
RELIQUIAE "S. MARIAE ANTIQUAE" IN FORO REPARTAE	Romanus.
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATINITATE	P. Angelini.
CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONIANUM DICITUR	C. Pascal.
EX AMERICIS - De Americano gratiarum die	H. Doswald.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE - De anno quo Christus natus est.	M. Dos.
TITULUS KASSALAE APUD DERVISCOS IN HONOREM ITALORUM MILITUM NU-	
PERRIME POSITUS	F. Ramorino.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS	Scriba.
NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE DE LEGIBUS	C. Dehò.
AENIGMATA	F. Palata.

In tercia operculi pagina:

PER ORBEM	Viator.
VARIA: Priusquam incipias, consulto - Sinensium deliciae - Ioci	P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCI

M DCCCCI

PROSPECTUS
SUBNOTATIONIS
Commentarii VOX URBIS
ANNO MCMI

Pretium annuae subnotationis est: in Italia Lib. **10**;
ubique extra Italiam Lib. **15**; M. **12**; Sch. **12**; Doll. **3**; Rubl. **6**; Flor. **7 $\frac{1}{2}$**
recto tramite mittendum
ad **Aristidem Leonori** equitem, commentarii ipsius possessorem et administratorem

ROMA - Via Alessandrina, 87

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

I. - Qui nomen commentario dederit pretiumque subnotationis sive diribitoria chartula, sive credita et commendata epistola recto tramite miserit uti supra, pridie kalendas Octobres an. M CMI **praemium sortietur, quod ad provehenda studia dicitur.** Idem tot aureis nummis constabit, quot

Summam Mille Libellarum

(1000 francs)

aequent.

II. - Qui e sociis chartulam, quam ad hoc accipiet, remiserit suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duabus tantummodo commentariis solvet pretium; tertium dono habebit; atque tamen tria nomina in urna ad praemium consequendum versabuntur.

In Lib
DE GA
NON sitas
orbis terrar
magis arric
latinarum g
et lectores
et in primi
Tassetium,
rumque ad
provehendo
nos ortos gl
quidem ho
etsi minus g
inventurum
aut invidia
paterni non
bertatis, fid
strae gente
victoriam p

Atqui, p
cere non p
ciar. Neque
Gallos adm
custodes et
ducam Gal
studio dilig
tum; pauc
deque stren
equidem G
cuiusvis no
fensores, pr
fidei tamqu
benti titulu

Verum
sentiet plan
gentes alian
missas excu
scordiis et
rum non e
licet praecla
insigni, suo
nostrum or
validos, qu
abire, ac pa
errorem do
anxious, sed
anno, quid
simam gen

Triste
fusiana illa

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE GALLORUM REIPUBLICAE DISCRIMINE

Non semel dixi — iuvatque, quoties necessitas urget, iterare — nullam mihi publica orbis terrarum negotia consideranti auspicata magis arridere metam, quam de comparanda latinarum gentium concordia. His plures socios et lectores nostros assentiri gratissimum habeo, et in primis virum illum clarissimum Iacobum Tassetum, natione Gallum, qui de re iterum iterumque ad me privatum litteras misit, mecum de provehendo in rebus publicis latino genere, unde nos ortos gloriamur, concordissime sentiens. Quae quidem hodie scripturus sum, si ille perlegerit, etsi minus grata, haud tamen minus vera ipsum inventurum confido; siquidem non aemulatio aut invidia alienae fortunae animum fovet, sed paterni nominis caritas. Humanitatis immo, libertatis, fidei, quas tamdiu sibi commissas nostrae gentes divinitus retinuerunt, harum rerum victoriam parari, id unum prae ceteris invoco.

*

Atqui, publica rerum fata circumspiciens facere non possum quin vehementi moerore afficiar. Neque causam tristitiae sileam, quamvis Gallos admirer et famae gentis sua acerrimos custodes et vindices; quin etiam paucos esse ducam Gallorum nomen et gesta vehementiore studio diligentes, quam me Romano loco natum; paucos, qui de liberalissimo nationis animo, deque strenua virtute gaudent magis. Novi equidem Gallos suae usque ab ortu reipublicae, cuiusvis nobilissimi vel sanctissimi inceptus defensores, propugnatores esse vocatos, et divinae fidei tamquam patronos, unde licuit historiae scribenti titulum sculpere *Gesta Dei per Francos*.

Verum praeterita haec qui recogitaverit, quae sentiet plane, dum praesentia considerat? Latinas gentes aliam post aliam sibi superno afflatu commissas excubias deseruisse, fractam fraternis discordiis et cladibus Iberorum fortunam, Italorum non eundem sensum de Christi Ecclesia, licet praeclaram eius sedem, privilegio omnibus insigni, suo in liture custodiant; Gallos denique, nostrum omnium pecunia, armisque longe praevalidos, quotidie magis per impietas semitas abire, ac paullatim in ruinam dilabi. Publicum errorem doleo, singulos cives non incuso, sed anxius, sed sollicitus quaero quid caveant iam ab anno, quid in praesenti moliantur viri, qui fidelissimam gentem publica auctoritate moderantur.

*

Triste prorsus fatum! Ab inita usque Dreyfusiana illa quaestione vesano quodam furore

amentique rabie magistratum animi ubique paene corripi visi sunt. Qui vero, dum scribimus, rempublicam mandato populari administrant, ii sunt plane, quibus peiores, quibus magis impios vix deligi potuisse crediderim. Unum illis in votis, unum in laudibus, ut religionem Christi, ut Ecclesiae ministros, quavis arrepta occasione, consequentur, vituperent, plectant, incertum quidem utrum scelestum sibi munus mala sua mente incensi usurpaverint, an popularis aurae desiderio, quo facilius corruptissimae parricidarum factionis perditissimique vulgi plausus et suffragia captent.

Facinora in aperto sunt: una rediens semper in comitiis cura, unum carissimum studium, ut lata lege quae sodalium religiosorum in bonis sunt, longo labore restituta, certatim diripere licet: publicis inquisitionibus nulla magis assida mens, quam quae parochos aut antistites publicae supplicationis ritu e templo egressos castigare gaudet. Postremus, isque traditus a maiorum haereditate, honos reliquus populi est unus quem, Lusitana primum, deinde Iberica naval fortuna consumpta, uni Galli inter catholicas gentes retinuerunt, sacras expeditiones, sacros Evangelii nuncios ubique terrarum barbarorum per terras dispersos, auctoritate armisque tuendi.

*

Ecquid? Publicam tantam impietatem demirati in hoc longa aetate, cruentis saepe praeliis multoque impendio servatum privilegium Germani aemuli impetum ecce faciunt. Temporum signum dignum est, quod consideretur. Germanorum negotia, bona, pecuniae non levia quidem, non exigua per Turcarum imperium impensa. Una igitur ipsis spes, neque ea recens parta, ut fallaci magistratum ratione, qui Galiam regunt, fracta tandem Ecclesiae longanimitate, Christiani quoque nominis patrocinium in suam ditionem transferatur. Negavit hactenus Pontifex, renuit recentissime quoque Pontificius ad Bavarios legatus, neque Bulow, Vilhelmi Caesaris administro, iterum desiderata pandenti concessit adhuc. Quae autem grati animi signa fidelissimae huic pontificiae benevolentiae rependit Gallia? Protestationibus Romanae Curiae posthabitatis, religionis Ordines praecipuis rogationibus plectuntur: harum proxime in comitiis disceptationem habendam Waldeckius Rousseau eiusque comites spondent. Nec praeterendum simul, hostes acerrimos Christiani nominis imperatores omnes suarum legionum uno eodemque odio, quo altaris sacerdotes prosequi. Unde Brissonio auspice, André duce ministro, totius militiae or-

dines, leges, vincula, vires quotidianis decretis resolvuntur. At, caveant consules, ne extrema sibi immineat tantae stultitiae poena, sese nimis ab uno Russorum amicitiae praesidio tandem deser. Quae iam minitatus est *Novoje-Wremia*, Petersburgensium diariorum princeps, non aliter profecto sonant. Cuius enim pretii Gallicum societas Europaeis gentibus fiet, cum fracti atque inertes militiae nervi iacebunt? Sacerdotes et religiosos viros, sua vice, ut Henricum De Houx, *Matin* diarrii scriptorem, Pontifex ipse monuit, ad alia sive Angliae, sive Americae litora confugere oportebit. Concordatus ibi ferme nullus, at tutior latiorque Christiani nominis profitendi libertas. Numne Waldeckius ille et impia sectariorum manus haec patriae sua carissimae fata, haec futura parant? Profecto satis ipsis erit, si Christi fidem de Galliae terris deleant, abravant: satis erit dum, vulgo pessimo fulti, maneat sibi regendae reipublicae lucrum!

*

De Anglica gente animadvertebatur hactenus, solam sine ullius amicitiae auxilio maxima sua negotia ubique per orbem gerere, quod superbum quidem et periculorum plenum consilium prudentiores semper autumarunt. Num itaque eadem iam Gallis sors imminet, ut inconsulta, qua reguntur, suorum consulium mente, ab amicis pariter et ab aemulis deserant omnino? Romanus ego dubia haec anxi revollo, trepidus equidem animo, num, novo oriente saeculo, tempus nos maneat, quo latinus populus quisque supremam humilitatem experiatur.

P. ROSSANI.

ANNUS MCM

Expletum mox anni circulum, quo et decimum E nonum quoque saeculum exactum est, quadruplici eventuum ordine commotum potissime vides, ac memorandum effectum. Sunt equidem alia armorum furore tristissima, Sinense bellum ac Transvaalianum, quae tamen rependunt pacis atque concordiae feriae, sive quae humana fuit Lutetiensis omnium artium recensio solemnis, sive quae divina Iubilaris anni solemnissima celebratio. Ea tamen est humarum rerum miseria, ut quae ad laetitiam significandam, quaeve ad lucra, etsi spiritualia, adipisci homines statuimus, ea possimus quidem nostro arbitrio, cum tempus est, intercipere: quae contra adversis fatis in hominum genus insurgunt, nullus sit, qui pro lubito compescere, vel extinguere queat. Quapropter expletis quamvis Lutetiensis feriis, sacrisque Urbanarum Basilicarum ostiis occlusis, utrumque illud bellum cruenta vice perdurat.

Sed ea cum recolimus, haud aequum est geminum praeterire damnum, unde Philippinae insulae pessimum dantur: antiquiora ferme praeliorum causa et initium, non impar autem constantia, qua subfusci illi indigentes milites lucus, oppida, montes innumerisque insulas, quibus orti sunt, contra invasores tueruntur.

Inter Americanos autem illos insignem quidem annum fecerunt comitia universalia ad summum reipublicae praeisdem confirmandum, vel sufficiendum, ex quibus Mac-Kinley de Bryan aemulo longe vicit discessit.

Undique contra pericula, undique minae et clades in reges et praeides insurrexerunt. Harum quidem maxima, miserrimum semper deflendumque parricidium, Humbertum Italiae regem esse necatum; deinde Walliensium principem et Persarum regem morte petitos.

At celebratae vicissim faustis auspiciis regales nuptiae: Alexander, Serborum rex, Dragam Masekin; Magnus Austrorum dux, imperii haeres, Chotek comitissam uxores duxerunt. Paranturque iam novae: in Iberia Asturiarum e regali domo princeps foemina Carolo, Burboniae stirpis principi, sponsae fidem dedit; Wilhelma, Batavorum regina, Magno duci Meklemburgensi.

Brevis haec quidem recensio, brevissimus quoque anni circulus, non modo si cum aeternis saeculis, sed etiam si cum humana historia comparetur. Verumtamen haereditas exactorum dierum, quae et nobis et nepotibus contigit, nec levis nec plana. Quidnam ex novissimis illis Transvaaliani belli vicibus futurum, dum nunquam exhausti, nunquam fessi Boeri ubi sive per suas, sive per Anglorum terras flammam et clades circumferre citissime, et iterum iterumque suscitare audiuntur? Quidnam e Sinensi bello, cuius pax mendaci sponsorshipe tot iam a mensibus arridet, dum nulla dies absque ad velitationibus, absque vastationibus transit? Audio quidem sicarium Kettelerii principis, necis reum, homicidii poenam morte luisse: audio Li-hung-chang, vulpem illam callidissimam, imperatorio mandato, quas nostri legati pacis componendae conditiones ultro imposuerunt, exceperunt; quid tamen si paci signatae rursus barbari non obtemperaverint, si pecuniam detrimenti in pretium constitutam non solverint? Quanam constantia, quibus viribus vel impendiis per imperium late immensum, vel contra fugientes hostes, bellum prosequemur? Stultus quidem ausus amensque consilium innumeram imperii multitudinem viginti aut triginta legionibus coerceri posse.

Quod imminet autem postremum discrimen gravissimum omnium est. Galli in Yu-nan provinciam oculos intendunt, Russi ad Amour fluminis litora, Iaponii ad Coream provinciam; Angli, Germani, Americani de commerciorum principatu deque lucrorum copia acerrima aemulatione decertant. Quare unum in votis est, ne latentes has cupiditates et desideria in iuria erumpant; neve tot discordiarum Sinenses edocti metum tandem deponant, bellum instaurent.

Boeri exiguo numero anglicam potentiam abnormem constantia et concordia inanem fere reddiderunt; Sinenses multitudine immensa agmina nostra aut ferro aut fame frangere num impossibile sibi semper credant?

P. R.

Fugere persecutiones non est culpa fugientis, sed persecutis.

(S. BERNARDUS).

DE S. ISIDORI PELSIOTAE EPISTULIS

Quae de S. Isidori vita, scriptis, philosophia dicam, quae iam non dixerint viri docti in primis veteres ac recentiores ecclesiasticae historiae scriptores? Quorum una vox ad caelum extollit laudibus optimum in scribendis epistulis graecitatis auctorem, quippe qui variam et exquisitam doctrinam, nisi expolito, eloquenti semper sermone vestierit. At unum, quod sciam, nemo adhuc perpendit, quid notitiae valeant eius in epistulis traditae ad romanam graecamque antiquitatem pertinentes, quidque novi in ipsis extet, vel a quonam fonte manasse videantur. Hoc, quod mihi proposui argumentum, etsi per se non magni momenti, novitatem certe sapient rerum antiquarum cultoribus. Antequam vero id aggrediar, facere non possum quin nonnulla de Isidori epistularum codicum praestantia dicam, praesertim cum occasio data sit vetustissimum codicem explorandi, scil. Cryptensem B A 1, ann. 986, ab ullo nondum, quod sciam, excussum, quo adhibito subsidio, non nihil certius pleniusque in pluribus epistulis attulisse mihi videor et meo iure quodammodo vindicare.

Mirum equidem quam multi Isidori codices usque ad nostram pervenerint aetatem in nostris exterisque bibliothecis latentes, ut V. Lunströmius (1) non dubitaverit affirmare apertum philologis patere campum feliciter pro suo cuiusque acumine divinandi. Eos omnes igitur explorabit qui omnino vulgatam editionem recensere velit integrioremque facere.

Mibi enim licuit nonnullos Vaticanae bibliothecae codices eundemque Cryptensem exploranti quinque nondum editas Isidori eruere epistulas, quod validum mihi videtur argumentum, praeter cetera quae in promptu habeo maximeque Suidae et Nicephori Calisti testimonia, ad colligendum, etiam si hos earum numerum auxisse largiamur, plures exstisset Isidori epistulas ac penes nos sunt editae.

At, ne videar ex re longius progressus, ad eruditum antiquitatis scriptorem propius accedam.

Quem sane in monasterii solididine a litterarum cultu minime abhorruisse credibile est, quin immo optimos Graecorum scriptores adsiduo persecutum esse studio, utpote qui eorum sententias saepe quibus epistulas inscriberet ante oculos proposuerit. Quod si interdum iisdem utitur ad alteram alterius auctoritatem infirmandam vel ad omnes refellendas antiquitatis fabulas «σεμνὴ γέροντος τὸν ἐγκρότην μαρτυρία» (2), saepius Socratis, Pythagorae et Platonis placita optima esse concedit; Diogenis, Cyri, Alexandri, Agesilai continentiam; Demosthenis μεγάλων φυγίων, denique omnium praecipuas virtutes aperte praedicat.

Neque tantum animorum, verum etiam operum laudes admiratus est, ut in eius epistulis adsidua optimorum scriptorum lectionis vestigia saepissime deprehendantur. Demosthenes enim, quem insequuntur temporum rhetores, sophistae, grammatici, alii homines litterati constanter lectitaverunt, excerpserunt, imitati sunt, plurimos Isidoro suppeditavit locos, quos imitaretur. Hos omnes, amplius quinquaginta, Frider. Blassius (3) vel indicavit vel retulit, non dubitans affirmare nonnullorum ope Demosthenem emendationem evadere.

Animadvertisendum autem Isidorum non solum locis quos imitatur vel affert suum optimorum Graeciae scriptorum studium aperire, sed etiam argumentorum vi, sermonum ordine atque satis multis locutionibus atticae λειτουργία proxime accidentibus. Quamquam silentio non est praetereundum illum ipsum,

(1) Eranos, vol. II, fasc. II, Upsalae, 1897. (2) MIGNE, ep. II, 228. (3) Ed. maior, 1885.

qui alias propriam verborum significationem investigaverit sermonisque subtiliorem cognitionem prae se tulerit, interdum verbis infimae graecitatis usum esse, contortae orationis exempla praebuisse temporumque consecutionem minime curasse.

Ex locis ad antiquitatem pertinentibus, quae ab antiquissimis tantum scriptoribus memorata reperiuntur, in dubium revocandum num Isidorus, nullo interiecto auctore, sumpserit; tum enim facile intellegetur cur saepe in illo rerum scriptoris diligentia desideretur, praesertim cum in scribendis epistulis nil aliud sibi adsumpserit nisi ut illi, quibus eas mitteret, quandam caperent fructum cum ex Sacrae Scripturae interpretatione, tum ex ipsis ethnorum operibus. Si in Homeris, Thucydidis, Isocratis aliorumque studio, magis autem Demosthenis et Platonis Isidorum versatum esse, perfectis eius epistulis, facile conceditur, minime addubitate licet, praeter Ecclesiae Patres qui antea floruerunt, Basilius et Gregorium Nazianzenum, quos saepe ad verbum fere describit, praecipuum eius auctorem Plutarchum fuisse. Neque mirum; cum ad mores hominum formandos nobilissimus hic scriptor intenderit, per pauca autem reperias in universa rerum antiquarum disciplina quae memorata ab ipso non fuerint in illo notitiarum thesauro, qui *Opuscula moralia* vulgo nuncupatur.

At non omnia ab Isidoro in epistulis prolata unde fluxerint statuere certo licet sacros profanosque scriptores pro virili parte investiganti; nonnulla enim existant, narratiuncularum plerumque speciem prae se ferentia, quae nova videantur, nisi forte et haec ab aliquo Plutarchi deperdito opere manasse colligendum est; quod quidem colligere non omnino abs re erit cum alibi (1) apud ipsum Isidorum allata Plutarchi verba reperiantur, quae frustra in editis operibus requiras.

Hactenus de Isidoro antiquitatis cultore quaestio, cuius optimas quidem epistulas ut aliquis denuo edendi suscipiat munus valde est optandum, praesertim cum a viris doctis saepissime usurpetur alterum illum florilem graecarum litterarum sive christianam eloquentiam, quae ad atticam artem est ubi accedit proxime, prorsus non esse neglegendum.

NAZARENUS CAPO.

SUFFRAGIA APUD MAIORES

AD GERENDAM REM PUBLICAM

PERNES commune ius esto! Haec fuisse ab Urbis exordio omnium legum fundamentum formula videtur. Quinimo virtus popularis sententiae tanta apparet, ut vel olim statuta lex, illa intercidente, abrumperetur, idque constat ex ipso Horatii capitali facinore, sorore imperfecta. Nam capite damnatus, hortante Tullo Hostilio rege, ut provocaret ad populum, quippe ille, quamvis rex, resolvere, aut retardare leges non posset, populi iudicio absolutus est. Hinc proclive iter fuit ut, qui administrandae reipublicae praeficiendi essent, eos populus voto eligeret ne gubernatoribus suis videretur extraneus, immo quodam cum iis caritatis vinculo necteretur, atque ita proinde illi honores gererent, ut memores gratique essent populo a quo accepissent; ita obtemperaret regentibus populus, ut non externis, sed propriis atque desideratis in munera viris.

Iamque arte cavit prudentissimus Servius, populum in tribus curiasque distribuens, ut summa rerum apud optimates et patritios esset, iis vota condens, quibus

(1) MIGNE, ep. II, 42.

praevalere modo secundum sibi cum interpositum tentim patrediret pri gravius n populo n et iudeo tumultuum erat, ut certos pr vagari licet.

Quapro cessa viri Tullii censante, sed viritim scue pro neque excl omnis pen vero, perplex nomen buta; et si praetoria, horum app tribus pra quo iubente mitia indice et centuria.

At num illi erant, mitia. At p fierent, suff allicerentur fragia qua qui aura po sacculos, dis aut intentat suffragia. D volabant, n caput erat, bus, osculis, terea vero erant, seu scribenda c ad commovit populi favo ptionibus in maxima in vero notan laudet, null finimo nec i bat, aes po aere seu lu commune i plumb, etc., annos esse possideret.

Magna et ex inscri per censu suum singu et scimus cum», «p dunt), «gar rum intellig (qui ligna h portant), «ponum», «lionum», q

tionem investigationem praecepitatis usum debuisse tempore.

tibus, quae ab orata reperiundorus, nullo in facile intellexit diligentia endis epistulis quibus eas mitex Sacrae Scripturam ope- ratis aliorumque Platonis Isidori, facile con- ceter Ecclesiae et Gregorium fere describit, non fuisse. Neque mandos nobis autem re-disciplina quae notitiarum the- nicipatur.

is prolati unde fanosque scri- nulla enim ex- seciem prae se- rte et haec ab hasse colligen- omnino abs re- um allata Plu- in editis ope-

At numquid haec sine studiis et ira? Homines et illi erant, neque semel nec bis sanguine foedata comitia. At pulcrum est scire quo pacto ac more partes fierent, suffragia quaererentur, animi suffragantium allicerentur. Cicero nobis auctor est in *Verrinis* suffragia quaerentem vel noctu cursitare ad homines, qui aura populari fruebantur; fiscos, idest pecuniae sacculos, distribuere iis ut vota emerent; nihil inausum aut intentatum relinquere ad quaerenda et adipiscenda suffragia. Distributores ad singulos patresfamilias convolabant, negotium agebant, dum in foro, qui rei caput erat, ante oculos omnium versatur, salutationibus, osculis, bonisque verbis, promissis alliciens. Interea vero per parietes, ubique frequentiores gentes erant, seu stilo, seu minio, seu quovis alio colore scribenda curabantur, quae magis quisque sibi favere ad commovendos multitudinis animos, ciendumque populi favorem credebat. Atque ex huiusmodi inscriptionibus intra mille et centum habemus, quarum maxima in muris Pompeiorum reperta pars est. Illud vero notandum, et imitandum; cum quaeque suum laudet, nulla adversarium accusat, nulla huic detrahit, immo nec nomen huius facit. Qui magistratum optabat, aes pollicebatur aerario publico civitatis, quo aere seu ludus publici fierent, seu aliquid in bonum commune faciendum promittebat, uti pontem, templum, etc.; idemque qui viginti et quinque ultra annos esset; idem centum sestertium millia supra possideret.

Magna tunc erat vis collegii in ferendis suffragiis; et ex inscriptionibus iisdem scimus cives, distributos per censum, distribui etiam per « collegia », quae suum singula, cui faverent, habebant. Habemus hinc et scimus fuisse societas, seu collegia « auriforum », « pomariorum » (ii nempe, qui poma diveniunt), « gallinariorum », « piscicapiorum » (piscatorum intelliges), « lignariorum », « dendrophororum » (qui ligna humeris in singulas domos vel tempa compo- portant), « unguentariorum », « tonsorum », « cau- ponum », « offellariorum », « crustulariorum », « mul- lionum », quae non modo suum praedicabant virum,

sed et alios, ut eundem susciperent, hortabantur his verbis: « pomarii facite! », « facite caupones! »

Quaedam ex inscriptionibus huiusmodi aliquid aureum habent, quo cum illis quasi vivamus, et animo commoveamur; ita urbanae et humanae sunt. De aedilibus ac decemviris creandis res erat Pompeis: suffragia petebantur, suffragia, cui darent, collegia scriptis per parietes tradebant. Quid ergo iudicas de inscriptionibus iis: « Casellum Marcellum rogant vicini »; « Animula Claudium proclamat »? Itane haec Claudio suo confitetur amorem? « Pistores » Caium Polibium qui optimum facit panem laudant, dum « pomarii » et « gallinarii » Helvio Sabino favent. Pansam collegium Isiacorum sacerdotum fert, quem inscriptio monet: « Pansa, cave Urbanum! » At contra collegium, cui Venus nomen dabat, Helvium Sabinum praeferebat. Ecce nam praelatio haec?

Tres integros dies nomina optantum, qui vel tunc « candidati » appellabantur ut hodie, quia albis inducebantur, in Foro Maximo, hoc est in loco, ubi suffragia ferrentur, et electio fieret, scripta coram omnibus eminebant; idque potissimum ne honor et onus impuneretur reluctanti. Post haec tribus, curiae, collegia, vocantibus praeconibus in locis cuique propriis consedebant, atque ad suffragium vocatae accedebant tabellas daturae cistae, cui rogatores iurati adstabant, decemviro praeside; atque horum erat suffragia in fine numerare sine fraude, nomina quibus data fuisse, numerumque cuiquam datum rite et religiose custodire; atque, omnibus de more exactis, electum in munus coram populo proclamare. Quae omnia ubi perfecta, qui honores suscepturi sunt, diem adeundi magistratus exspectabant; qui reiecti

*Indignantem animam multo recreate Falerno,
Sortisque adversae mergite dira Coo.*

SENIOR.

MONTIUM PISTORIENSIA LAUDES

*Culmina iam rutilant Phoebo surgente; susurrat
Aura inter frondes castaneasque levis.
Dant ubicunque sonos iam tintinnabula; pastor
Quisque ad lecta suas pascua dicit oves:
Sibilat hic, longo palantes fuste coercens;
Hic sedet in clivo carmina laeta canens.
Illius ante pedes lucenti rivulus unda
Exilit e saxis murmure raucisono.
Foeda tuum numen, Christe, hic non verba lacessunt,
Non foeda, o Virgo coelica, verba tuum.
Sanctas docta preces canit has innupta puella,
Respondetque senis vocula fessa pii.
Salvete, o montes; haec sunt mihi gaudia vera,
Quam petii toties, haec mihi sera quies:
Urbe procul, bacchatur ubi vesana cupido,
Livor ubi regnat pallidus, urbe procul.*

Ex scriptis MAURI RICCI.

DE PISTORIO URBE CLARISSIMA

Pistorium oppidum, cum Etruscis inter urbes haud infimum quidem locum obtineat, si originis vetustatem, situm, caeli naturam, quot quantisque bonarum artium disciplina viris innotuerit, ad hoc omne genus monumentorum et, quod non minoris iure aestimamus quam quolibet amplissimum, seu vis armorum, seu vis litterarum trophyaeum, quanto italicis eloquii ratione ceteris civitatibus praestet, ea omnia si inspexeris, pauca de illo, qua fide summo opere municipem decet, exponens non inritum consilium inisse tibi, candide lector, videbor. Sin aliter mei facti rationem tibi probet Ovidianum illud:

*Nescio qua natale solum dulcedine captos
Dicit, et immemores non sinit esse sui.*

Nunc ab initio est ordiendum. Haud ambigam - quis enim rem tam veterem pro certo adfirmet? - pistoresne an Iuppiter, quem « Pistor » a Romanis, quod certe eruimus ex Ovidio, nuncupabatur, loco nomen indiderint: fama tamen tenet, atque ea vulgarior, qui Catilinam imperatorem cum reipublicae exercitibus congressi, vita superassent, eos urbem conditam muris saepisse et primum legibus instituisse firmasse. Quem ortum cum rerum nostrarum scriptores, tum veteres poetæ respicientes sibi ipsi tot flagitorum, tot scelerum, quibus initio incolae aspergerentur, rationem reddebant.

Ceterum ab Ammiano Marcellino Pistorium in municipum urbium numero « Etruria Annontariae » imperio dictionique subiectarum referri iam satis constat.

Exstitit tamen urbs, atque Umbronii fluvio, qui in Arnum influit, adiacentem, qua ad aquilonem vergit, primo leniter editi colles, viti oleaque late fo-



Pistorii urbis prospectus. (Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

cundi, paullo superius montes hinc inde castaneis laetissimi, postremo Apennini cacumina raris obsita fagis, protegunt: dextra laevaque novalia tam culta circumstant, ut utrum soli fertilitatem, an agricolarum opera mireris potius nescias. Quae enim Cicero, in libro qui de Senectute est, Cyrum minorem Lysandro, regi Lacedaemoniorum, de hortis optime dimensis atque descriptis dicentem inducit, quin et de his arvis, cum primum videris, eadem praedices nullus dubito. Usum suis legibus atque institutis, quae omnium, tota Italia, si Pisas exceperis, antiquissima extitisse videntur, saeculo XII tantum esse Pistorium reperimus, quanquam « consulum », qui dicebantur, non ante an. MCL nomina ex commentariis apparent. Cum autem intestinis discordiis tota exaraderetur Etruria, magis « Ghibellinorum » partibus Pistorium favisce nemini latet, quod studium ad Montem-apertum pugna, in agro Senensi, cum acriter utrinque de imperio decertaretur, est professa: qua vero est populus plerumque mobilitate, Manfredo Beneventi mortuo, a « Guelphis » quatuor et triginta annos stetit; quo temporis spatio pacis cum Bononiensibus ineundae - incolae enim obtrectarunt inter se - via per Apenninos ad merces commutandas aperta, omnium reipublicae bene gestae gratulatione, fecit initium. Sed vix requierant animi, cum nescio quid novi exortum in duas partes civitatem divisit: *Bianchi* quidem et *Neri*, ut nostro vocabulo utar, fuere, e duabus aeque potentibus familiis, quas inter discordia intercesserat vetus, donec vis erumperet. Vibex haud satis constat cui Panciaticum ab Cancellariis intata urbem fera belli conflagratione in universum oppresisset: tum divina humana miseri, cives in armis prodire, omnibus arcum ritu, quae ad vim adversariorum repellendam pertinerent, domos instrui, clausa perfringi, atque aperta irruptione, sanguine, caedibus cuncta vastari: tantos Pistorium, qua forsan origine esset, exant lare labores dii voluerunt. Anno MCCCXVIII novimus urbem sub Florentinae reipublicae potestatem, Lucae, Pisii, Prati factionibus iam tum gliscentibus, redactam, atque eandem in Medicorum prius, in Lorenensem ad extremum, prius quam uno corpore Italia univera constaret, imperium cessisse.

Quod ad urbem pertinet, multo arctiore

circitu Pistorium fuisse contentum Porta Vetus quae est, ut sic dixerim, urbis umbilicum, et templum Sancti Ioannis *Forcivitas* nuncupati, ad hoc duplex moenium ordo, inquirenti ostendunt; plurima vero monumenta studiis bonarum artium, ubi bella desierunt, maxime floruisse; quippe maximo templo aedificando vel reparando manus quicquid peritissimum artificum tunc habuit Italia admoverint, in quorum numero Nicolaus Pisanus omnium sua aetatis facile princeps est memorandus; eiusque fratrem « Baptisterium » resert, et Vitonem Nostrae Dominae ab *Humilitate* templum, cuius tholus ipsum in se admirationis plenum Bramantem convertit. Ad haec si accesserint quae pulcherrima in Sancti Francisci aede affabre Capanna pinxerit; signa quibus Nosocomii porticum La Robbia coronarit, septem *Caritatis* opera referentia, atque eadem ita confecta,

ut nil melius elegantiusve tali in re possit desiderari; vetustissimum publicae contionis habendae palatium, aliaque multa, quae persequi cum brevitas commentarii prohibet, tum festinatio ut ea explicem, quae exorsus sum, mirandam omnino Pistorium urbem et quam semper carminibus poetae decorarent dignissimam esse reperies.

Ex iis vero negotiis, quae causa quaestus tractantur, ne unum quidem huic urbi defuit, quippe officinis nobilibus fabrili operum omnium et armorum, aerium; organa quae hic veneunt, charta quae hic conficitur, denique textrina, omne genus rhediis faciundis, loci et aerariorum officinae quae Petri Lippi sunt hodie, vel Americae foederatis civitatibus admodum cognitae, ut reliqua praeteream, totius orbis terrarum famam norunt.

Virorum autem, qui natale solum scriptis, operibus, quacumque postremo ratione claraverunt, nomina - adeo sunt multa - notiora attingam: Conradum a Montemagno, qui se strenuum omnium libertatis militem restitutoremque praestitit; Cinum de Sinibaldis, poesis atque eundem legum et iuris peritissimum, cum carminum fama, tum puellae suavissimae, cui nomen a silva, amore eundemque Dantis et Petrarchae hominum clarissimorum necessitudine notum; Nicolaum Forteguerri, cui de patria optime merito statu ex marmore cives decreverunt, lepide Areosti poema imitatum; Bracciolinium, qui primus poesis genus, quod « heroicum » vocamus apud Italos, repperit; Gerium, Malatestam, praecipuae artis pictores, atque Leonardum, qui tam longe ceteris adeo excellere existimabatur, ut in eius tumulo eam sententiam esse inscriptam Vasarius ipse sit testis, qua dicetur illum, si diuturniore vitae usuram habuisset, vel Urbinate fuisse victurum.

Sed non prius rei ad exitum adducar, quam summo, ut ita dicam, ore attingam de linguae puritate atque elegantia qua Pistorienses municipes utuntur. Quae quidem, seu quis verborum copiam, seu vocis rationem intueatur, aurea simplicitate, quam illi veteres saeculo beatiore conciliarunt, viget: vim autem, perspicuitatem, nitorem redolet, quae in optimorum scriptorum libris inveniuntur. Quid vero de poesi? cum eius sensus, paene dixerim, omnibus sit ita innatus ut,



Nosocomii Pistoriensis porticus.
(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

vel expers litteras
eos ineptos in
rum plenos? I
semper prae
cium quam qu
rebus praedita
tam, Sestinum,
ubique gentium
tos; Beaticem,
singularem et
ait, spiritu ad
tulerit: hodieq
rentius Luchet
tus, cum in pu
poscat disseren
tam pedum nec
versum datis,
vena verborum
tempore funde
cere videatur.

His igitur, o
storium oppidi
viridarium, om
in posterum re
Quod Deus

RELIQUIAE

Aedes et Re
equidem ci
monumenta; ne
religionis prim
eaeque magnae
Palatino monte

Huius templi
nunc nomen, nu
Nova fuerit. Q
S. Franciscae Ro

tribuebantur, qu
saci ruderibus
nostram hanc e
potissime evinci
reola coronati, q

vel expers litterarum, versus dicat ex tempore, neque eos ineptos inelegantesve, sed animorum, sed venereum plenos? Hanc ad rem quanto Pistorium urbs semper prae ceteris valuerit, nullum est certius indicium quam quod Corillam, feminam omnibus bonis rebus praeditam atque laurea in Capitolio iam ornatam, Sestinum, Ristorium, Sgricciuum summis laudibus ubique gentium, cum ex abrupto dicerent, honestatos; Beaticem, ex pago cui nomen ab alnis, mulierem singularem et quodam divino, ut Tommaseus noster ait, spiritu adflatam, aliasque plures eius modi protulerit: hodie non prorsus Italicas ignotus est Laurentius Luchetti, qui nullo studio, nulla arte imbutus, cum in publico versetur, et qui adsunt causam poscat disserendi, id quod sit propositum, vel ad certam pedum necessitatem, interdum clausulis quoque versum datis, tanta ingenii felicitate tamque divite vena verborumque adfluentia digerit, ut non ex tempore fundere, verum diu secum permeditata dicere videatur.

His igitur, quae supra paucis memoravimus, Pistorium oppidum, dulce solum, musarum hortus et viridarium, omnibus denique artibus, copiis adfluens, in posterum *recens usque laude vivet*.

Quod Deus bene vertat.

A. BARTOLI.

RELIQUIAE "S. MARIAE ANTIQUAE", IN FORO REPERTAE


AEDES et Regia Vestae Fanumque Fortunae sunt equidem civilis Romanorum historiae splendida monumenta; nec tamen impar pondus ad christianae religionis primordia investiganda obtinent novae eaeque magnae christiani templi reliquiae, quae sub Palatino monte repertae nuper fuere.

Huius templi origines incertae, ambiguumque usque nunc nomen, num S. Maria Antiqua, num S. Maria Nova fuerit. Quamquam designationes huiusmodi S. Franciae Romanae viduae, insigni aedi, hactenus

rima emersit. Vir enim Deiparae Virgini, quae media, Iesum ulnis sustinens, sedet, aediculam ultro offert, praebens indubium plane signum, quo eruitur patricium virum, aut conditorem, aut instauratorem aedis illius extitisse. Re quidem vera, inscriptio eius

versae subsunt tredecim inscriptae lineae, graecis literis, sacras quasdam sententias exhibentes.

Inferius zona tertia erat, maximis quidem decora figuris, quarum vix media pars superest. Absis sub ea in orbem flectitur, pictis et ipsa imaginibus exor-



Aedes Municipum in urbe Pistorio.
(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

ad latus appicata haec tradit: « THEODOTVS . PRIMIC . DEFENSORVM | ET . DISPENSATORE . SCE . DI | GENETR . C . SENPERQVE | BIRGO . MARIA . QVI . APPELLATVR | ANTIQA (sic) ».

Ecclesiam autem pulcherrimam et vetustissimam plures antiquitatis disciplinae periti dijudicarunt, ex picturis praesertim, quibus in parietibus exornatur.

Extremus paries lapideo opere eleganter exstructus, gypseo undique strato cooperiebatur, figuris insignis, cuius vix hic vel illic haerent adhuc lapidi

nata; harum una Iesum praebet stantem, dextera benedicentem, Evangeliorum librum laeva sustinentem. Adstat Paulus I pontifex, cuius nulla hactenus innotuerat effigies; sed utroque ex latere Evangelistarum signa hominis, leonis, bovis, aquilae quadruplici capite, seraphini cuiusdam vultui insolite impensa, prostant. Pariter utraque ex parte pontificum duae effinguntur personae, quarum tamen nomina perlegero non licuit, praeterquam unius ex dextero cornu, ad cuius latus inscriptio: « Martinus I ».

Pergit sub pontificum pedibus pictus paries, et Gregorii Nazianzeni et B. M. Virginis, puerulum Iesum sustinentis, simulacra, quae iam recoluimus, ostendens. Huius ad latus S. Quirici Sanctaeque Iulliae, et Zachariae papae imagines sunt, postrema quadrato nimbo insignis; unde arguere licet, eam vivo etiam tum pontifice pictam. In sinistro latere Dominicae Epiphaniae eventus effingitur, et Calvarii montis iter, et Simon Cyrenaeus crucem baulans post Christum: in dextero autem muro multa pariter sunt formarum vestigia, quae tamen longa aetas recognoscere non sinit.

Eadem lugenda sunt de anteriori muro, qui ad Forum spectat, cuius in facie sanctorum et monachorum vix conspicuntur laceratae figurae, solemnisque Sancti Antonii abbatis humatio, quam tamen aliquantulum cernere iuvat.

Denique in ipsa externa templi facie mediae aetatis pictores multa effinxisse certum est, illuxeruntque imo eorum laboris reliquiae plurimae, quarum praesertim quae Iosephi et Iacobi historiam referunt intactae servantur, et Sacram Biblam paene omnem illustrant. Templum hoc, quavis errandi suspicione remota, tute conditum dici potest quarto post Christum saeculo, quo tempore de antiqua superstitione gentilium fides nostra primum plena victrix evasit.

ROMANUS.

Tristis mensura calamitatum est magna felicitas.

(QUINTIL. Decl. 8).



Pistoriensis urbis Ecclesia Cathedralis et aedes Municipum.
(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

tribuebantur, quae in Romano Foro sacelli Veneri sacri ruderibus est superexstructa. Antiquam vero nostram hanc ecclesiam potius appellatam quaedam potissime evincit effigies viri patricii quadrata aureola coronati, quae e dextero templi pariete nuper-

vestigia. Ea vero quae superna manent Christum cruci confixum, angelis orantibus circumdatum, exhibent, cruciformi aureola decorum, colobio indutum. Mariae Virginis et Ioannis imaginum nihil reliquum est nisi caput, tempore paene deletum. Picturae uni-

CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM
QUOD NERONIANUM DICITUR

Post editum superiorem *Vocis Urbis* numerum, novissimas accepimus a G. P. atque a Carolo Pascal de re animadversiones, quibus finem imponere magni quidem momenti controversiae, at fusori fortasse, quam pro nostri commentarii natura, statueramus. Verum, deficiente spatio, locum unum Pascali breviori scripto hodie concedere possumus; quod est prouti sequitur:

VEREOR equidem ne surdis auribus voces fundam; tamen ne quis meam sententiam ex iis eruat quae G. P. mihi tribuit (*Vox Urbis*, IV, 1, pp. 5 sq.), paucatantum, eaque postrema de hac re in hoc Commentario, addam.

Opinionem meam nunquam mutavi, nunquam in artiores terminos contraxi; et in priore et in altera editione semper unum idemque contendit: quin etiam ex priore verba ipsa repetivi.

Ea quae mea fert opinio brevi perstringam. Fuerunt tunc temporis inter Christianos flagitosi nonnulli, quos acerrime increpabant Apostoli, eos ventri obedientes, corruptos perditosque, Crucis Christi inimicos appellant; ex his ad Christianos omnes vulgo fama est relata. Fuerunt etiam qui Romani imperii potestatem spernent, pestemque Romae imprefarentur; hi divitum potentiumque exitium, impiorum poenam vehementer cupiebant; incendium mundi Deique regnum expectabant, quod tunc fore credebant, cum Romanum imperium deiectum esset; quid mirum, hos furore quodam instinctuque commotis ad taedas flammisque proruisse, ut Romam solo aequarent? Quae omnia si quis minus probabiliter allata putat, is alteram eamque probabiliorem oportet afferat sententiam; nam de Nerone illo, qui alibi erat, qui Romam regressus flamas extingue est conatus, cum paulo post, iam posito metu, rursus erumperet incendium, iam absoluta res est.

Plinium, Suetonium, Cassium Dionem non homunciones, non balatrones, non plebeculam et imperitos dixi; quin etiam ea quae ipsi tradiderunt paene omnino accepi; parum acuti iudicii in rerum causis enarrandis esse

duxi; quomodo in ipsos fama de Neronis iussis inrepserit, explicare sum conatus.

Taciti verba ipse minime contra morem Tacitianae dictionis detorsi; quin etiam ipse paene unus ad veram germanamque sententiam rettuli. Id quod meo quidem iure dicere posse mihi videor, cum omnia quae contra dicta sint, nauci non esse ostenderim.

Incendiariorum excitatores non Apostolos, non Christum ipsum duxi; hoc tantum volui: eorum de igne verba potuisse quosdam perperam interpretari, atque in deteriore vertere sententiam.

Postremo, rem meam nunquam corripui, nunquam minui, nunquam in alios omnino, praeter Christianos, converti, iis semper Christianis facinus tribui, quos Apostoli intra terminos contineat et coercere frustra combabantur, cum eos vis quaedam acrior ad exitia ruentes praecipitesque raperet.

CAROLUS PASCAL.

EX AMERICIS

De Americano gratiarum die.

ECQUID hodie? Homines enim ipsi et viae operosae festivum prae se ferunt aspectum. Sed quis amplius miretur, quem primum certior factus fuerit, Americanos solemnum gratiarum diem hodie peragere? Quippe multis reportatis victoriis atque republica amplificata arduisque superatis difficultatibus, quam maximas Deo gratias referre videntur Americani. Profecto! ipse foederatae reipublicae praeses publica ad Americanos epistola hanc ad agendas gratias diem iam diu constituit: amplissimas Deo gratias deberi ob innumera in Americanos collata beneficia atque omnino oportere, ut permagna illustrisque natio Americana gratum animum ea, qua potest, religione Deo praebet. Huic igitur solemnitati hodie vacant Americani et ipsi acatholici ad tempora festinant; ut divina, quae dicuntur, « servitia » peragant. Quibus finitis, laudissima gratiarum coena paratur, quae eo singularis manet atque notata digna, quod omnino necesse est, ut gallina Numidica (*turkey*) apprime constet. Etenim in tota immanni republica in consuetudinem venit, innumeris propemodum gallinas Numidicas occidere, ut patrio gratiarum die non tam comedantur, quam devorentur. Procul dubio

pulcrum est atque iustum pro acceptis beneficiis Deo gratias referre; illa tamen solemnitas minus gratiarum, quam gallinaceae coenae dies iam evasisse videtur. Origo vero festi haec traditur.

Earum, quae Nova Anglia vocabantur civitatum incolae, post finitam messem et horrea exulta, gallinas Numidicas, quibus terrae illae tunc erant refertae, venari solebant; acceptam autem praedam, gratiis Deo actis, festivam inter comissionem comedere. Hinc gallinacea illa coena ad nos usque pervenit.

Porro hanc gratiarum diem a variis hac in terra regionibus receptam, Lincoln, praeses ille praecularus, toti nationi Americanae anno 1863 commendavit, quo ex tempore posteri praesides, eodem sapienti consilio adducti, Iovis diem Novembri mensis ultimum constituerunt, quo gratiae Deo referrentur. Neque id praeterire licet, quod nonnulli ditiores hoc festo permoti plura in egenos conferant beneficia, quos inter quidam hac in urbe pecuniosus decem millia puerorum gallinis Numidicis penitus satiavit.

Quamquam catholica religio, quae eius pulcritudo est atque perfectio, unoquoque sacrificio inestimabiles Deo referat gratias, maximeque in fine anni id praestare studet, concilium tamen Baltimore anno 1883 habitum exoptavit, ut hoc gratiarum die post ultima oblata sacrificia singulares adhiberentur preces. Verum quidem est tale vel simile festum in Europa alibi alio tempore peragi; hec tamen una eadem die in tota ingenti republica celebratur, eoque haud dubie dignum est, quod Europaeorum excitet animadversionem. Valete.

Chicagine, iii kal. Dec. MCM.

H. DOSWALD.

QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE

De anno, quo Christus natus est (1).

Marcus Dos dr. p. clarissimo A. Leonori, salutem!

SIT aequa mihi facultas gratias agendi pro multis, quae praecclare exponis in tuo Commentario, praesertim vero pro tractata quaestione de anno, quo Christus nasci

(1) Epistolam, quae sequitur, in hanc « rubricam » retulimus, ut quisque de re tanti momenti apertam esse sibi discipendi facultatem intelligat.

v. u.

latinam linguam ex Italia atque ex Urbe propellere - quod Deus avertuncel - manifestum siet, eos scilicet non reali bono iuventutis duci, sed potius...

Praes. — Satis dictum videtur ad id quod erat propositum. Nunc, reliquis omissis, lege ultimam partem.

Arc. — Igitur ut ad tertiam partem, videlicet ad perorationem deveniam, vos oro obtestorque iudices, teque maxime o mi praeses, ut quantum possitis faciat ad obtinendum hunc finem, scilicet ut sarta tectaque maneant iura veteris latinae eloquentiae; ut novitatis antesignanos et impios ac nefarios latinitatis parricidas, tamquam reipublicae pestem arceatis. Habet praesens aetas multas causas doloris ex opinionum monstris atque absurdis systematibus, quae anarchiam quamdam intellectualis constituent, nempe ex rationalismo, communismo aliisque huius generis doctrinis. Nolite his calamitatibus excidium addere latinae eloquentiae. Bina haec pericula a nostris cervicibus propulsate. Vos autem, ingenui iuvenes, masti este, et, quod Status et Religio postulant, per veterem institutionem afflictis humaniorum litterarum conditionibus consulite; novis methodis philologicis aliisque grammaticalibus adinvicem diffidite. De futura demum resurrectione litterarum cogitantes, sumite animos ad egregia quaeque capessenda, quo et vestrae fortunae et publicae saluti prospiciatis. Vobis interea, iudices, ut unde orsa est eodem revertatur oratio, pro summa qua in nos estis benevolentia et cura, praesertim quoad ea quae sunt ad spiritum, grates sint et comparlaus, duratura,

dum Capitolum

Scendet cum tacita virginis pontifex.

(Ad proximum numerum).

P. ANGELINI.

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Loll. — Rerum scientiam haud postulo qualem qui hoc vel illud genus profitentur in iisque principatum gerunt, sed mediocrem doctrinam. Illud autem certe necessarium existimo, ut quicunque optimis legendis auctoribus animum intedit, plane discat qua eorum quisque aetate vixerit, qua natura et moribus fuerit, scribendi quae mens, qui finis, quae opportunitas, quae occasio; quid cum aliis commune, quid proprium; quid ante tractatum, quid novum; quid aliunde desumptum, quid suum; ne horum ignari sententias et verba perperam ac transvorse interpretentur. Quare, si Arcadio huic exploratum suisset Ciceronis propositum, verba illa « rerum magnarum » non ita profecto reddidisset, ut « magna facinora, sive res gestas » intelligeret. Atque, etiamsi velis, ut videtur, oratoris munus intra grammaticae fines continere, multa tibi sunt cognoscenda... Sed quam chartam tamdiu agitas, adolescens?

Arc. — Oratio est, quam ipse confeci, huic auspicio pericolo. Quod si placet Sallustii sententia: « optumus quisque facere quam dicere », non inviti audietis latine me disserentem, trilogiae vestrae prorsus ignorantum.

Assentientibus omnibus, adolescens sic legere instituit:

ARCADII SERVANTII
DE VETERIS ELOQUENTIAE LAUDIBUS
ORATIO.

Magna a me gratia debetur conventui vestro spectissimo atque huic scientiarum litterarumque et bonarum

artium amplissimo domicilio, doctores quotquot estis ornatissimi nec non incorrupti iudices, agamque ex corde gratias dum vita manebit - neque enim ego sum is, cuius anima non commoveatur tanti honoris significatio, quippe qui sensum omnem a puero innutrirerim non modo vetustis herorum exemplis sed et monumentis omnigenae virtutis - quod me patimini de eloquentia dicturum audire, qui huc peregre adveni facturus litterarum periodum iuvenili hac oratione mea, quaeque demum illa siet, fortasse mansura apud posteros...

Stertente iam Philippo, ceterisque ad horarum indicem conversis: — Haec satis de exordio — inquit praeses — quia fugit hora. Pauca nunc de contentione.

Arc. — Possum et philosophicis et historicis monumentis aliisque scientificis rationibus quibuscumque, contra hodiernos latinitatis osores meam ideam probare, seu potius themis; neque enim eam ex opusculo quodam, auctore Caio aut Sempronio depropensi, sed paene dicam ex voce humani generis collegi atque coegi et comparavi; possum, inquit, thesim...

Praes. — Festina, fili; urget hora!

Arc. — Ac primum quidem, quin immoremur in adducendo prope innumera argumenta ad huiusmodi veritatem adstruendam, quae meridiana luce clarius innotescit, primo statim intuitu cuique patebit rem demonstratione non indigere. Et revera, ostendere prius adversarii deberent contraria propositionem, scilicet veterem latinam eloquentiam non esse servandam; quod quoadusque non efficient - et difficillimum factu erit - nos legitimi possessores sumus. Et reapse, si paullisper consideremus intempestivum zelum, quo adversarii conantur, sive ob politicas passiones, sive ob rationes economicas aut morales aut intellectuales

dignatus sit
stum Regen
quaestione i
cumque scr
rurus aggred
manet minu
fuit in ultim
ritatis amat
christianos i
proinde grat
mus ille vir
quum (qua
ctores, quib
tur argumen
ticos adduc
tentia clariss
ignorandum.

Clarissim

quaero, ne c
Rosso, qui pe
ad libitum: c
periet, cui pe
gusti morte
hilominus Au
ab U. C. non
sed a tot etia
cordibus, ut d
debeat nemo
aliter opinant
ad chronolog
apud Herder
brevi sermon
clarum quipp
quum volum
veram gloria
librum sumptu

Inconcus
U. C. quo mo
anno multi c
cum clarissim
num decimun
« Jesus erat in
ginta ». Adve
scilicet « ὁ οὐτε
omnino claris
expressa mag
lipsin planiu
(progreedi) ad
incipiens ann
Itaque S. Ire
chius, S. Aug
Eusebius, Epip
praelo subiect
U. C. numer
decim Tiberi
annos quatuor
totos habent
sic ut habeant
decimum sex
U. C. et abs

Currente p
praedicti scri
buunt Christo
mum sic, ut h
finem mensis
ratione distribu
minum natu
fuisse annum
dis 1924. So
ven. Beda po
in martyrolo

Annus po
ab ἡπέρ, s.
Sept. vet. st.
post 32 ann
anus 3^{ius} C
Olympiacus
elapsis aliqu

eficiis Deo gratias
iarum, quam gal-
Origo vero festi
ur civitatum in-
expleta, gallinas
refertae, venari
tatis Deo actis,
Hinc gallinacea
hac in terra re-
raeclarus, toti na-
tum, quo ex tempore
adducti, Iovis
erunt, quo gratiae
t, quod nonnulli
os conferant be-
pecuniosus de-
penitus satiavit.
eius pulcritudo
o inestimabiles
nni id praestare
no 1885 habitum
ultima oblata sa-
Verum quidem
ibi alio tempore
ota ingenti repu-
um est, quod Eu-
alete.

H. DOSWALD.

ROPOSITAE

tus est (1).

eonori, salutem!
i pro multis, quae
ntario, praesertim
uo Christus nasci
«rubricam» retuli-
am esse sibi dis-
v. n.

re propellere -
t, eos scilicet non

quod erat propo-
nam partem.
videlicet ad pero-
e iudices, teque
ssitis faciatis ad
rectaque maneat
tatis antesignanos
as, tamquam rei-
ns aetas multas
tque absurdis sy-
lectualem consti-
to alisque huius
excidium addere
ostris cervicibus
, macti este, et,
erem institutio-
ditionibus con-
grammaticalibus
ctione litterarum
que capessenda,
ospiciatis. Vobis
evertatur oratio,
a et cura, pree-
sint et compar

ifex.
ANGELINI.

dignatus sit. Non equidem puto quempiam, qui Christum Regem colat atque dominum profiteatur, esse de quaestione ista minus sollicitum, aut vertere vitio cuiuscumque scriptori, qui hanc disceptationem movendam rursus aggressus sit: quo diutius enim quaestio haec permanet minus clare soluta a doctoribus, a quibus agitata fuit in ultimis annis ducentis, eo magis unusquisque veritatis amator exoptat, ut istius momenti res inter eruditos christianos iam tandem aliquando clare patescat. Animo proinde grato multi certe prosecuntur ea, quae clarissimus ille vir Rovitti submisit tibi nobis proponenda. Quae quum (quantum cogitando praesumo) sint inventura letores, quibus haud aequo probentur ac mihi, quo nitanur argumento firmiori nunc habeant a me testes antiquos adductos, qui suffragium pro sententia clarissimi Rovitti ferant nullatenus ignorandum.

Clarissimus ille vir oculos etiam, quaero, ne coniiciat in Fr. Paulum De Rosso, qui peculiari calculo suo gaudet ad libitum: crambem non hominem reperiet, cui persuadeat, quae fuse de Augusti morte censuit esse scribenda. Nihilominus Augustum cessisse fatis a. 767 ab U. C. non a Suetonio solo narratur, sed a tot etiam scriptoribus, secum concordibus, ut de hoc anno nunc ambigere debeat nemo. Quem cl. Rovitti viderit alter opinantem, brevi negotio remittat ad chronologicum opus Lersch doctoris, apud Herder nuper editum, cuius laus brevi sermone non est attingenda: praeclarum quippe facinus patrabat Lersch, quum volumen hoc elucubravit, Herder veram gloriam nactus est, quod ad istum librum sumptus suppeditavit.

Inconcusus itaque stat annus 767^{us} U. C. quo mortuus est Augustus. Ex eo anno multi christiani scriptores antiqui cum clarissimo Rovitti deducebant annum decimum quintum Tiberii, quando «Jesus erat incipiens quasi annorum trigesinta». Advero statim: graeca dictio scilicet «ώστε εἶπον τριάκοντα» praebebit omnino clariorem sensum, si latine fuerit expressa magis utique correcte per ellipsis planis explicata: «incipiens (progreedi) ad aetatem trigesima annorum = incipiens annum trigesimum aetatis». Itaque S. Irenaeus, Tertullianus, Hesychius, S. Augustinus, S. Clemens Alex., Eusebius, Epiphanius alii quo Migne praeolo subiectos exhibit, ab anno 767^o U. C. numerant primo totos quatuordecim Tiberii Caesaris annos, et istos annos quatuordecim (non quindecim) totos habent absolutos anno 781^o U. C., sic ut habeant decimum quintum (non decimum sextum) annum Tiberii incepsum anno 781^o U. C. et absolutum mense Martio anni 782ⁱ U. C.

Currente proinde quinto decimo Tiberii Caesaris anno, praedicti scriptores, cum clarissimo Rovitti concordes, tribuunt Christo Domino currentem pariter annum trigesimum sic, ut habeant absolutos annos trigesima Christi sub finem mensis Decembri anni 782ⁱ U. C. Numeris ista ratione distributis illi scriptores inveniebant Christum Dominum natum anno 752^o U. C., quem declarant etiam fuisse annum 42^{um} Caesaris Augusti, 3^{um} vero Olympiadis 192^{ae}. Scriptores istos secutus haec eadem sanctus ven. Beda posuit in suo chronicō, et Ecclesia Romana in martyrologio.

Annus porro ductus ab Olympiacis ludis exordium sumit ab ἡπωρᾳ, scilicet inter dies 27^m Iulii mensis et 18^m Sept. vet. st. Proinde mense Decembri anni 784ⁱ U. C., post 32 annos expletos a Christo Domino nato, fluebat annus 3^{ius} Olympiadis 202^{ae}; numerabatur hic annus Olympiacus ad usque ἡπωρᾳ anni 785ⁱ U. C. Pariter elapsis aliquot mensibus annus Christi 33^{us} expletus

est mense Decembri anno 785^o U. C., 4^o Olympiadis 202^{ae}, qui annus Olympiacus ulterius numerabatur ad ἡπωρᾳ. Itaque sub initio novi anni ab U. C. (nempe 786ⁱ a mense Martio), simulac incepto novo anno iudaico (nempe circa aequinoctium vernum iudaicus annus sumebat exordium), sed adhuc currente anno 4^o Olympiadis 202^{ae} Christus dignatus est mori pro nobis. Quod istius annum multa testimonia sunt a clarissimo Rovitti prorsus indicata, quibus addi possunt etiam plura; nam frequenter antiqui scriptores annum Christi Passi designant sive per apertos numeros, sive per χραντερίους, quos ex astronomia petunt aptos ad annum quemvis exprimentur. Sufficit hic locos indicare ex operibus Patrum per Migne editis: Patr. Graec. VI 731, VIII 888,

gente sub finem anno 753^o U. C., quapropter annum vitae primum completem numerabat Christus Dominus demum per maiorem partem currentis anni 754ⁱ U. C. Proinde si principium sumitur in aevo christiano ab annis Christi completis, tunc annus post Christum primus est coaevus anno 754^o U. C.; praecedens annus 753^{us} non est ad numerandus annis post Christum, nec annis ante Christum, quia curribat maiore ex parte, quando Christus Dominus, utique iam natus, nondum tamen explevit annum totum vitae terrestris: itaque recte fit omnino, quod ab astronomis huic anno numerus O tribuitur. Annus denique 742^{us} U. C. paene totus ante Christum Dominum natum praeterit: hic ab astronomis recte notatur numerus anni primi ante Christum. Minus autem recte fit, quod a chronologis annus O relictus, et annus primus ante Christum numeratur coaevus anno 753^o U. C., quando Christus Dominus iam natus annum primum vitae complebat. Rectissime propterea fit illud, ut a clarissimo Rovitti fortius inculetur, ne permisceatur numerus annorum Incarnationis Domini cum numero annorum post Incarnationem. Caput est hoc istius omnino mirae discrepantiae chronologos inter et astronomos.

Quae tandem pariter adducta sunt a clarissimo Rovitti de morte Domini 4^o die mensis Aprilis anno 33^o vulgaris aevi, licet alicui lectori displicerint, ea cum veritate primaria non adeo stricte necuntur, ut haec ab illis ullo modo dependeat. Antiqui scriptores, ac prae-sertim Alexandrini (in citatis iam locis inveniendi apud Migne), simul cum populo christiano, cuius quondam nomen erat Aethiopes, hodie dicuntur Abyssini, numerant annum gratiae 1893^{um} nunc, quando vulgare aevum numerat annum 1901^{um}. Patet hoc ex operibus Patrum supra laudatis, et e litteris ex Abyssinia missis nuperrime, v. g. ab imperatore Menelik ad Sumimum Pontificem. Sed ipsi quoque scriptores Alexandrinī, licet aevum diversum sequantur a vulgari, nihilominus assentuntur clarissimo Rovitti, quum numerant annum 752^{um} U. C., quando Christus Dominus est natus. Ipsi quoque numerant annum 4^m Olympiadis 202^{ae} tunc, quando Christus est mortuus, annum scilicet 34^m aevi sui, quem vulgare aevum numerat 42^m; die nimurum plenilunii simul et aequinoctii verni feria VI^a dicunt Christum Dominum fuisse passum, qui χραντερίου annum vulgaris aevi 42^m demonstrant. Vix enim non omnes graeci multique latini scriptores istum diem aequinoctii tum verbis exprimunt, tum

numero diei 23^{ae} Martii mensis, quo die reapse contingebat aequinoctium tempore Christi Domini. Diem eundem martyrologia graeca pariter et aliqua latina devoteo honori Sancti boni Latronis, qui cum Christo mortuus est. Diem eundem paucissimi quidam graeci designant numero diei 21^{ae} Martii mensis, prout aspiciebant suo tempore contingere aequinoctium. Plures autem latini scriptores aequinoctio tribuebant nomen diei 25^{ae} mensis Martii, quem numerum sumebant e calendario Iulii Caesaris. Iste auctor emendati calendarii cum Sosigene sciebat optimè diem 25^m Martii mensis non convenire simul cum aequinoctio (quantumvis aetate Hipparchi contingere aequinoctium die praedicto), sed iste dies, ab Hipparchi tempore pro principio veris habitus, in usu plebis minus eruditæ remanebat, ut ordinem negotiorum, ludorum ceterorumque semper eundem praemonstraret: ideo Caesar aequinoctium non removit ab antiqua sede, ne plebs adversus emendatum calendarium forte concitaretur. Itaque sermo communis attribuebat aequinoctio nomen 25^{ae} diei Martii mensis per multa postea saecula, prout e sancto ven. Beda plane

TITULUS KASSALAE APUD DERVISCOS

IN HONOREM ITALORUM MILITUM

NUPERRIME POSITUS

Ut legimus in *Actis Diurnis*, ante paucos dies Kassalam se contulit Massaua is qui, absente F. Martini, Erythraeam coloniam regebat, Trombi tribunus militum, cum septendecim aliis viris inter honestissimos coloniae nostrae, ibique coram Anglii illius praesidii praefecti aliisque, sollemni ritu, lapidem inaugurarunt in muro externo urbis positum ad memorandos strenuos milites, qui illic pugnantes mortui sunt. Optimo consilio isserat Ferdinandus Martini ut inscriptio in hoc lapide sculpenda patrio maiorum nostrorum sermone conscriberetur, eiusque rei provinciam demandaverat F. Ramorino nostro, doctori litteris latinis tradendis in Athenaeo Florentino. En exemplar inscriptionis:

HONORI ET MEMORIAE
STRREVORVM MILITVM
QVI
IN KASSALENSIVM FINIBVS
EVROPAEI CVLTVS ATQVE HUMANITATIS
ANTESIGNANI
SVPERIORIBVS ANNIS FORTITER CVM DERVISCIS PVGNANTES
MORTEM OBIERVNT
ITALIA
NON INCVRIOSA SVORVM
NON SEGNIIS DEBITAS VIRTVTI LAVDES
VBIQVE TERRARUM TRIBVERE
HVMBERTO I^o REGE
F. MARTINI ERYTHRAEAE COLONIAE PRAEFECTO
HOC MONVMENTVM
POSVIT
ANNO MCM²

F. RAMORINO.

¹ In lapide praeter haec verba insculpta sunt nomina septem virorum, quorum ductu auspicioque res illic non sine gloria Italorum gestae sunt.

demonstratur. Ista quoque ratione Dionysius abbas, auctor aevi vulgaris, apertissime nominat aequinoctium 25^a Martii mensis.

Sic igitur antiqui scriptores assignant aequinoctium quidem tamquam diem mortis Christi, sed idem cum clarissimo Rovitti sentiunt idem de anno 752^o U. C., quo Christus est natus, et de anno 786^o U. C., quo Christus est mortuus. Ipsi scilicet abbreviant totum spatium temporis ab Urbe condita usque ad nos: iuxta ipsos annus est nunc 725 + 1893 = 2645 ab U. C.: iuxta aevum vulgare numerus hic annis octo est augendus.

Discrimen omne spectat adjuncta, quae non attingunt apicem veritatis et ideo nullatenus efficiunt, ut ulteriore disquisitione nunc adhuc egeat intima ratio quaestions, quam clarissimus Rovitti satis superque iam solvit. Historica fundamenta, quibus ipse nixus rem tractavit, ad assensum mentem lectoris utique movent et hoc eo facilius, quod illustrissimus vir haud appetit ad opinionem quamdam singularem declinas: nactus est enim gravissimos illos patronos inter anticos scriptores, qui a testibus vix non oculatis rescriverunt, quando sit Dominus natus et quando semet morti tradiderit. Ubi sane testes in enarrandis adjunctis illis minutis inter se discrepant, sed in intima ratione veri mire consentiunt, ibi maior est illa vis evidentiae, quam philosophi querunt: eiusmodi testes pro sua sententia nactus cl. Rovitti certe paucos lectors inveniet, quibus eius labor minus opportunus esse videatur.

Ista sunt omnia, quae tibi, clarissime domine, exhibenda censui. Vale.

D. Vetus pagus ad oppidum, quod « e betulla factum » sonat (germanice « Altdorf bei Birkenburg ») x kal. ian. MCM.

ANNALES

Loubet praesidis de Sinensibus rebus oratio - Russorum Anglorumque res in Asia - Roberts ducis in patriam reditus - Boérorum nova gesta - Australianum foedus initum.

Ea inter, quae ad felix novi saeculi exordium, publica solemnitate auguria sunt exhibita, Loubet praesidis memorandam fuisse credimus orationem, quae de gentium omnium concordia provehenda atque tuenda, pro Sinensibus praesertim negotiis absolwendis, prudenter disseruit. Quamquam pacis instaurandae condiciones omnibus probatas acceptitassem iam Sinenses legati videntur in hanc formulam conceptas:

« Ut pecunia in detrimentorum pretium solvatur septies millies centena millium taels.

« Ut monumentum Pechini in memoriam Ketteleri legati ponatur.

« Ut principis ex imperiali genere fiat missio ad Wilhelnum Caesarem, qui de imperfecti eius legati crimen purget.

« Ut liceat nostris exercitibus viam Ta-ku inter et Pechinum custodire.

« Ut praetores et consules, qui cum pugilibus coniurationem inierunt, apta poena plectantur.

« Ut Tsung-li-yamen schola atque aedes aboleantur.

« Ne arma aut munitiones in Sinas deinceps conferantur unquam.

« Ut exterarum gentium legatis libera semper pateat ad imperatorem accessio.

« Ut munita oppida ad Scian-hai-cuan, Ta-ku et Pechinum diruantur ».

*

Quae tamen proximae concordiae auspicia aliquantulum interturbare audiuntur Russorum conatus. Hi quidem seorsim iam cum Sinensibus conve-

nerunt de ferreo itinere suae custodiae relinquendo, quo Feng-tien, Manciuriae extrema ad meridiem provincia, persulcatur. De re autem memorandum est, Anglis quoque et Germanis, multo iam a tempore, aemulam placuisse pactionem statuere, Yang-tse fluminis universam quidem vallem suae ditioni communiter addicere. Quidquid vero has circa aemulationes Germani senserint, iucundum credo illis accidisse nunc, Hen-hai, Ketteleri legati sicarium, capitum poenam luisse. Adstantibus Trothe et Lesler ducibus sententiam suam sicarius audivit, qui subridens aliquantulum « Nihil habeo - inquit - quo anxiō animo fiam »; atque carnifici traditus est, qui gladio caput eius obturcavat.

*

Roberts dux e bello Africano redux patria litora ad Cowes portum tenuit. Multitudine civium quae redeunti obviā descendit salutatura ea fuit ferme, quae hodierni belli vicibus minime consona nobis videretur. At firmus Anglorum animus, imperatori suo fortissimo, etsi fortunae haud pariter carissimo, laudis tributum reddere non desit.

*

Sed iam in ipsa extrema Africae colonia novas quotidie provincias manu militari regere oportet, ipsam Capetown ad urbem. Voluntarii milites ex anglis colonis ad legiones conveniunt, ex Anglia atque ex Australia nova submittunt auxilia; colonialis legislatorum coetus ad quartam Aprilis mensis usque diem dilatus est. Boeri enim ubique itinera praecipue depopulantur, ferreas vehes flammis aut ferro evertunt, atque in fodinarum potissime loca incursionem facere contendunt. Haec vero ad custodienda, quas Kitchener dux hactenus copias moderatur, eae satis iam non esse apparent, novaeque expectuntur ad quinquaginta equitum millia. Ubique enim Batavi etiam coloni, qui per anglicam coloniam vivunt, ad armā commoventur atque ad ea concurrere sese parant.

*

Australiae omnis foedus die novi huius saeculi prima promulgatum fuisse insigne fuit: pacis ferme hic unus tot inter bellicas ruinas triumphus. Laetum fuit pariter Argentinam et Chilem republicas concordiae pactionem suos per legatos obsignasse, ne deinceps de *Ultima Spe*, uberrima in Patagoniae finibus terra, iurgia iterum exsurgent, utque coloni suis e domibus hac de re pulsi in integrum restituantur.

POPLOCOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS

In Australia novis civitatibus foederatis constitutis et Sidney urbe capite promulgata, supremi adlecti administris: Lynder, Deakine, Georges, Turner, Kingston, Dickson, John Forrest; Barton collegium moderante.

In Austria ad oratores populares creandos comitia habita.

In Gallia coram popularibus comitiis rogatio approbata, ut Lutetiae urbis curionibus nova vectigalia civibus imponere fas sit.

In Iberia nova de aere alieno pactio oratoribus popularibus rata, acceptaque fuit, quam proxime senatores expendent.

In Italia, Rubini, thesauri administro, munus abdicante, Gasparius Finali e Senatu suffictus est.

In Lusitania nova comitiorum sessio Caroli regis oratione inaugurata est. Patrui sui Humberti, Italorum

regis, necem vehementibus verbis rex commemoravit, deinde promulgatum recens suae gentis cum Anglis foedus multis laudibus extulit; postremo ad procurandam publici aerarii instaurationem oratores adhortatus est.

SCRIBA.

NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE

DE LEGIBUS

¶ Solumodo tutum est regnum, quod permultis legibus in civium securitatem constituitur.

¶ Vis legum potis est omnes difficultates vincere, vel ipsius agri naturae.

¶ Ut boni serventur mores, bonis legibus; ut serventur leges, bonis moribus opus est.

¶ Ne probi mores fiant pessimi, legumlator enixe studeat cupiditates mortalium coercere, et impune peccandi spem ipsam eripere.

¶ A rectis legibus recta morum institutio.

¶ A liberali disciplina egregia exempla profiscuntur.

¶ In regimine probe ordinato, leges feruntur prout publica utilitas, non paucorum ambitus postulat.

Latine redditit C. DEHO.

AENIGMATA

I.

Motu reddo pedes agiles, et pectus anhelum,

Pallentesque rubro spargo colore genas.

Vertice me truncas? Proh! belua fio tremenda,

Inque viatorem dente minace ruo.

II.

Foeminei princeps sexus ego glorior esse.

Nomen verte meum; iam valedico tibi.

Fr. PALATA.

Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus sortitus gratis accipiet opus, cui titulus:

POETARUM LATINORUM EGLOGAE

Edidit BRANDT Lipsiae ex off. Teubneriana.

Aenigmata a. III, n. XXII proposita his respondent:

1) Papa - ver. 2) Ex - torris.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; H. De Vecchi Pieralice; Fr. Torijano, *Roma* - Pr. Gordon, *Mancunio* - Ios. Ant. Schneider, *Monachio* - Guil. Schenz, *Ratisbona* - Ver. Cariolato, *Vicentia* - Iul. Sernatinger, *Dresa* - Fr. Sallarés, *Sabadelo* - Ad. Huza, *Grybovio* - I. Weber eques, *Lucilburgo* - H. A. Strong, *Liserpaldo* - Ioan. Cantono Ceva marchio, *Verellis* - O. Gomer Sch. P., *Madrito* - I. Langenberg, Fr. Schultz, *Monasterio Guestphaliensi* - Fr. Crouzillac, *Sparnaco* - F. Szymaitis, *Opitolobi*, in *Lithuania* - A. Morchio, *Genua* - Hild, *Guepin*, *S. Dominico de Silos*, ad *Burgos* - M. Vidal, *Palma*, in *ins. Maiorica* - Vict. Hoffmann, *Posen* - Th. Vinas, Sch. Piar, *Tarrega* - A. Narquet, *Monteloco* - Fr. Perényi, *Jaszbereny* - Schola Oblatorum *Abbatiae Sekkau*, in *Styria* - Am. Robert, *Marieville* - Aug. Roberge, *Chiclotino*, in *Canada* - Collegium Pontano, *Neapoli* - Ans. Kroll, *La Crosse*, in *civ. foed. Am. Sept.* - Ios. Wabner, *Varsavia Polon.* - Ioan. Ortega, e *Collegio S. Fidei in Argentina republika* - Rug, Pancaro, *Consentia Brutiorum*.

Sortitus est praemium

IUL. SERNATINGER

ad quem missum est opus, cui titulus:

CONSTITUTIONES LEONIS XIII

SUPER IUBILAEO UNIVERSALI ANNI M DCCCC

Sponsor: IOANNES BAPTISTA GIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

commemoravit,
cum Anglis foe-
ad procurandam
adhortatus est.

SCRIBA.

ENTENTIAE

er multis legibus in
vincere, vel ipsius
s; ut serventur le-
lator enixe studeat
peccandi spem ipsam

o.
profiscuntur.
ntur prout publica

dit C. DEHO.

A

tus anhelum,
ore genas.
a fio tremenda,
ruo.

rior esse.
edico tibi.

Fr. PALATA.

hatis interpreta-
m miserint intra-
s accipiet opus,

EGLOGAE
subueriana.

a his respondent:
corris.

Fr. Torijano, Roma -
r, Monacchio - Guil.
- Iul. Sernatinger,
Grybovio - I. Weber
ldo - Ioan. Cantono
, Madrito - I. Lan-
ensi - Fr. Crouzillac,
uania - A. Morchio,
, ad Burgos - M. Vi-
n, Posen - Th. Vinas,
loco - Fr. Perényi,
Sekkau, in Styria -
cicotto, in Canada -
, La Crosse, in civ.
n. - Ioan. Ortega, e
Rug, Pancaro, Con-

NIS XIII
NNI M DCCC

i, iurisperitus.

t Socii.

PER ORBEM

Nescio an plerique commentarii nostri lectores consuetudinem cognoverint nostrae urbanae plebeulae, quae, illud colens « semel in anno licet insanire », Theophaniae sacram vigiliam — ignota ferme electionis ratio! — ad rem elegit. Advenientes enim in praeseppe Domini Magos Reges excipere gaudent pueri nostri omnes tubarum dictum strepente sono et tubae cornae, quem ab advesperascente vigilia usque ad ipsius solemnissimi diei auroram, per forum praecipue *Agonale* nomine, viasque omnes quae circum sunt indesinenter trahunt, ita ut non mirum videatur insciuum rusticum novumque advenam credere ob tantum clangorem supremam diem adesse. Atqui dum miti aëris temperie, qua hiemali quoque tempore fruimur, festo in hoc populari plerumque uti fas est, insolitum quid nobis Magi Reges hoc anno attulerunt, nivem; reliquias profecto procellae illius tetriciae, unde Hungariae, Galitiae atque Croatae regna tot detimenta his iisdem diebus passa sunt.

¶

Prono autem itinere, quoniam Galitiam attigimus, in Polonorum fines nobis transmigrandum, ut feris adstemus sollemnibus, quas gratus civium animus Henrico Sienkiewicz, scriptori sua genti ferme clarissimo, tanta laetitia persolvit. Ea vero, quoniam Iosephus Wabner, socius noster, compitissima qua est humanitate, invitantibus nobis, fuse fidelissimeque enarravit, volumus ipsis eius verbis lectoribus referre. Parcat autem spatii angustiis benevolentissimus vir, si quaedam e narratiuncula sua expungere cogamur.

¶

Hic sane — ita Wabnerius — videri sentiri que potuit illud

Cedant arma togae, concedat laurea laudi.

Festi initium, ut decebat, a Deo est factum. Undecima enim hora in templo praestantissimo Sanctae Crucis Varsaviae grates Omnipotenti sunt actae votaque missa ab episcopo cum magno sacerdotum coetu est celebrata.

Quo actu divino absoluto, hora prima nobilissimus quisque civis in curiam urbanam se contulerunt. Apparuit denique vir celebrandus, laus populi sui, comitante electorum caterva, et in suggesto assedit. Adventantem, cum desuper et a lateribus flores circumvolarent, salutavit carmine apto chorus cantorum, « Lutnia » varsiensis qui appellatur.

Tum, perpulra oratione habita, excellentissimus episcopus Ruszkiewicz, civium nomine, actum hereditarium, quo populus praedium Oblegorek cum villa amoenissima Sienkiewicz donavit, viro fortunato tradidit.

Quo facto unus ex concilio virorum, qui festum curabant et ordinabant, legationes plurimas et a suis et ab alienis ad salutandum virum gratulandumque missas, ordine citabat. Quo citante legationes singulæ in suggestum ad virum celebratum ascendebant, unaqueque cum verbis salutantibus, donisque gratissim' dexteram porrigebat accipiebatque. Inter quas legationes magnam videres varietatem non solum ordinum civilium, sed nationum quoque. Duodetriginta omnes fuerunt, quarum praecipuas numero, academiam Cracoviensem, athenaea Cracoviense et Leonianum, societatem amicorum litterarum Pasnaviensem, Russorum poetas Patopolitanos, Russorum legatos et Slavorum.

Tot ovantibus et gratulantibus, Sienkiewicus penitus permotus ornata eaque modestissima ora-

tione cum gratias omnibus ageret, omnium animos et mentes inflammavit ita, ut maximi applausus diu non conticescerent. Cum tandem fervori et ardori iam satis factum esset, societas illa cantorum varsaviensis « Lutnia » cantilena sua « Vivat » sigillum festivitati apposuit.

Neque tamen iam res absoluta. Fuit mane, sicut meridies — ubi vesper? Eia — vespere postrema festi pars in theatro « magno » exacta; illic enim Sienkiewicum, cum spectaculum altum ei designatum cum liberis intraret, orchestra primum Kurpinski « polonaeso », tum « Lutnia » cantu « messorum » ad hoc composite, salutavit. Parva interposita mora, nova Sienkiewici fabula *Zagtoba swatem* (scilicet: Quo modo Zagtoba matrimonium conciliaverit?) data est. Qua maximo cum plausu peracta, imagines « vivae », quarum argumenta ex operibus Sienkiewici erant decerpta, toti festo finem fecerunt. Finem dico? Minime, nam post spectaculum homines litterati, mulieribus non exclusis, ultimum momentum temporis cum Sienkiewicio in coena, quae *vaut* apud nos appellatur, consumperunt, ubi novae orationes clarissimae, salutationes ardentissimae, gratulationes benevolentissimae iteratae sunt.

¶

Festantem tanto gaudio Poloniam ex aerothreno illo, a Zeppelinio comite exstructo, ego viator impoenitus incundissime demirari statueram; verum infelicem Daedalum deseruere iam sive amici, sive clientes, qui pecuniā ad nova molienda itinera ultro dabant. Qui quidem, ut detrimenta fortunae singuli reficerent, machinam venalem constituerunt; dum Zeppelinius, posthabita bonorum iactura, in Constantiensibus, in Berolinensibus aulis novum contendit foedus inire, novos sibi adquirere asseclas, qui iterando molimini nova media suppeditent.

¶

Optime quidem meritum virum semper eum credam de hominum genere, in quod delendum tam adversa quotidie a Mercurio, itinerum parum fideli auspice, parantur. Qui quidem *Flury*, gallicam navem, remulctoria alia scapha vehementer per nebulam occurrens, confudit paeneque submergit ad Brivatum litora; ad Mannheim locum in Borussia efficit ut vaporitralharum conuassatione ingens clades parta sit. — Faustis his auspiciis novi saeculi natus est ordo!

VIATOR.

VARIA

Priusquam incipias, consulto.

Latrunculorum nobilissimus ludus a Graecis Troiam obsidentibus inventus dicitur. Non eadem penes Orientales sententia est, qui narrant inventum a quodam administro tyrannici regis, ut eum doceret non spernendos esse humiles ex populo, quos in pedibus simularat. Rex monitum animadvertisit et sensit; et, gratum exhibitus moventi prudenter animum, spopondit daturum se quaecunque administer peteret. — Nil praeter frumentum, o rex, — inquit administer — hac lege ut per singulas tessellas ludi huius granum frumenti imponere iubeas, primaeque unum, duo alterae, quatuor tertiae, et sic de ceteris quadrata procedens ratione. — Promisit rex, et aerarii praefecto imperavit ut daret. Hic dum numeri ducuntur in numeros, regi tam facile pollicenti manifestum fuit quanta levitate promisisset quod nec ipse, et nemo unquam dare potuisset, et po-

terit, quippe quia granorum frumenti numerus ad sexagesimam quartam tessellam summam granorum serebat 18 318 611 225 005 768 255. Hinc si decies centena millia granorum sacculum frumenti conficerent, praeteritis 600 000 000 sacrum quasi fractio minima, rex possidere debuisse 18 318 urbes, quarum singulae mille horrea habuissent, singula autem horrea decies centena saccularum frumenti millia continerent. Quae frumenti vis, si habitatores orbis terrarum tunc tot fuissent quot nunc, nempe 1 500 000 000, et si quotidie chilogramma panis distribueretur singularis, tribus ac triginta saeculis aleret, et ultra. Hoc etiam rex intellexit, iuravitque se neque affirmaturum, neque negaturum aliquid cuiquam, nisi sapientum in concilio antea de re cognovisset.

*

Sinensium deliciae.

Linguarum difficultissima sinensis habetur; quot enim sunt in illa vocabula, totidem characteres; vocabula singula autem, et characteres unicas aquant, et praeserunt syllabam. Quum igitur quadraginta vocum millia habeantur (apud scriptores nonnullos octoginta legi), et syllabarum numerus tanto numero vocum impar sit, necesse fuit hasce syllabas dispescere per sonitus diversos in sermonicatione, per puncta, quae accentus dicimus, in scripturis. Hinc fit ut eadem syllaba, puta *cho*, quae tabulam indicat, indicet pariter: bardum, guttatum demittere, arripere, obscurum, aquam segnem, seu coenosam, utique, iubere, mendicium, lavare, consulere, polire gemmas, deliberare, vinum fundere, iniicere manus, etc. In eloquio autem distinguuntur elatione vocis, quasi per musicae scalas, per motum capitidis, dextrorsum vel sinistrorum, per inclinationem et elevationem corporis, perque subsidiaria sexcenta similia.

Hinc minime mirum si aequivoqua saepe in colloquia habeantur ridicula, quale illud fuit inter Anglum quemdam et *mandarinum*, qui urbane Anglum sciscitatus fuerat de solatio deliciosa. Anglus dixit venationem, *ho*, sibi futuram gratissimam. Considerate nunc vos nasum Sinensis principis, qui (adminiculorum illorum, quae notavi, seu copia seu carentia) intellexit Anglo deliciosissimam fore venationem *pulicis* (idem enim est *ho*, nescio quadam elatione vocis, et inflexione corporis), et quidem piroballistulis conficiendam!...

*

Ioci.

Judicium difficile.

Duo ebrii, nimio iam Baccho fere coeci, cauponam, reddituri domum, nocte alta reliquerant. Dum pergunt in via hinc modo, modo inde impingentes in parietes manus, et modo procedentes, modo retrogradientes, nec tamen hora integra, dum proficisci conantur, decem passus processerant, philosophice de singularis rei causa disserente elata, ut mos est, voce ceperunt. Alter dicebat: — Quia retrogradimur; — alter: — Quia domus nescio quo fato abeunt a nobis, et ambulant dum ipsi male stamus, et hac illac via subsultante torquemur. — Argumenta utrisque erant plurima, iamque ira disceptantes asperbat. Fato secundo, tertius fit obvius, quem arripunt tenentque, ut inter eos iudicet, verumque declareret sententia. Ille nihil cunctatus ambobus: — Amici, tolerate meum insortum. Ebrius sum, sicuti saepe, et ideo iudicare non possum. Ceterum unus, qui auxiliari nobis possit, est capo. Redeamus; ipse extricabit hoc iudicium difficile. — Redierunt!!!

P. d. V.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime aliis subsequentur ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

T. G. Fratrum PARISI
CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM

PRAEMIIS INSIGNE


AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publice
habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archibasiliacae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione solemne sit, suppeditat.



Praecipua Tempa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingenia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 190 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petantur
onera (300 Chilo-
gramm. ad minimum),
pretium erit francs 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impedio iubentum
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Civis quaerenti explicatio erit uberior.

VOX URBIS
DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87

Prospectus Subnotationis ann. MCMI
(Vid. in secunda operculi pagina).

PHILIPPUS VITI EQUES
MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina, N. 51 e 52 - ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA
AEDICULAS
uti patet ex operibus erectis ac refectis
in Basilica Lateranensi,
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,
Eudoxiana, etc.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE